

rius, Pel de Graja, Mussus Stephani, Sac, Acunus Bonfilii, Bonatia Carlevarius, Jo. Navorius, Mussus Cazuli, Boz Cutis, Henrioza, Mansfredus Hospitalis, Henr. Murruel, Guido Sartur, Rufinus de Maxono, Pellacia, Henr. Ferrarius, Octavial, VV. Mus, Bonifacius Molineri, VVillemi de Casali, Ja. Gualfredi, Obertus Badalo, Thom. Chalcer, Carus Bava, Gandulfus Rus, Thebaudus Jan., Joannes Franciscus Botterius, Mussus Maxoni, Henricus Marinus, Ja. de Maris, VVilhelmus Leger, Gulielmus Moliner, Anfaldus Boz, Henr. D. VVillemi, Barexanus, Arnaldus Ingilinus, VVilhelmus Henricus Piper, Dardanel, Bonifacius Mois, Ogerius D. Belengerii, Henr. Cazul, Petrus Scriba, Henr. Marchis, Ubertus Galea, Henr. Rachamus. Interfuerunt testes D. Lotherius, D. Bovonus, D. Henricus, & D. Rufinus Aquideus Canonici &c.

MCCXL. col. 213. n. 201. Quoniam in hac nota litteras Gregorii IX. protuli, quibus jam liberis Canonorum electiones mutare incipiebant Pontifices; 20 haud abs re erit & duo alia documenta ad hanc rem spectantia ex Tabulario Capituli in medium efferre, ut hujus variae disciplinae status intelligatur.

In Christi nomine amen. Nos presbiter Ogerius, & Symon Canonici majoris Ecclesiae Aquensis cum ad praesens vacet in ipsa Ecclesia beneficium, sive praebenda Canonici per mortem Dodonis olim Archidiaconi, et Canonici ipsius Ecclesiae, ad quod beneficium recipiendus, & eligendus est aliquis Canonici idoneus per Capitulum ipsius, & nos praepediti simus pluribus, et variis negotiis, & maxime in personis nostris, ita quod ad dictam Ecclesiam Aquensem personaliter accedere non possumus, committimus hac vice voces nostras, et vices super recipiendo ad dictum beneficium, sive praebendam aliquem idoneum Canonicum D. Uberto Archidiacono praedictae Aquensis Ecclesiae etc. Actum in palatio Archiepiscopatus Januensis praesentibus testibus D. Jacobo de Cacunno, & Giuzulino Clericis d. palatii. Anno Dominicæ Nativitatis MCC-LXXV., indictione III., die XXVIII. octobris. Ego Brignonus Mazullus Not. ecc.


Anno Domini MCCLXXVI., indictione quarta, die Veneris VII. augusti. In castro Bistagni inter nonam, & vesperam praesentibus Domino Petro presbitero Bistagni, Joanne filio Petri Enbori de Aquis, Wilermo Moture testibus rogatis, & vocatis. Nos Baudicio Aquensis electus electionem Oberti Marescarchi de Alexandria, qui dicit se Canonicum Ecclesiae Mariae de Aquis per litteras Domini pp. . . . nos visis litteris cancellatis, & intellectas ipsas falsas pronunciamus, & penitus irritamus, quatenus de facto possidet, & non de jure; & ideo timentes, ne nobis tempus curreret, cum electio sit nobis devoluta ipso jure, volentes praedictae Ecclesiae Aquensis providere de Canonico, ne in temporalibus, vel spiritualibus detrimentum praedicta Ecclesia paciatur, Franceschinum filium Guliermi de Miribello Clericum Ecclesiae sancti Martini de Orsaria Aquensis Dioecesis eligimus, sive postulamus in Canonichum, & in

fratrem Ecclesiae memoratae. Ibidem & coram testibus superscriptis Dominus Ubertus de Mutura Archidiaconus praedictae Aquensis Ecclesiae praedictum Franceschinum recepit in osculo pacis in Canonichum, & in fratrem Ecclesiae memoratae; & inde praedictus Dominus Electus, & praedictus Archidiaconus hanc cartam fieri praeeperunt. Et ego Ogerius Barete Not. Pal. in hanc rogatus scripsi, & jussu praedictorum Domini Electi, & Archidiaconi complevi, ac me subscripsi.

MCCXLIX. col. 220. n. 208. In exemplari hujus documenti, quod in Episcopali Tabulario asservatur, legitur extractum fuisse ex quodam volumine jurium, & instrumentorum Capituli nunc deperdito. lin. 39. col. 221. in alio exemplari legitur Uberto, loco Alberti.

MCCLI. col. 221. n. 209. Moniales, quibus directum hoc Innocentii privilegium fuit, nunc habent Ecclesiam sub titulo S. Sebastiani, vocanturque passim Monache di Pozzolo, penes quas autographum hujus documenti existit, ex quo R. P. M. Cavallerius suum ac meum duxit exemplar.

MCCLI. col. 224. n. 210. In archetypo hujus documenti in Tabulario Capituli servato haec erui hic inferenda. lin. 11. Capituli Aquensi legitur Capitulo Aquensi. lin. 12. Incisa l. Encisa. lin. 20. Perusie

quarto l. Perusii.  Kal. dec., quod signum

IV., aut V., vel nihil prorsus indicat, ut sentio.

MCCLIII. col. 228. n. 213. Quoties insigniores hujus collectionis chartas attente perpendo, doleo vehementer pleraque illorum autographa, vel antiquas membranas ita evanuisse, ut nonnisi recentiora, ac plerumque informia remanserint exemplaria, qui casus huic quoque praclarissimo contigit. Ubi enim extet autographum, vel quo abierit incertum prorsus. Ope tamen clarissimi Senatoris Jo. Francisci Arcasii Juris Civilis in R. Atheneo Professoris, qui Bistagnum, quod ei patriam habere contigit, scriptis, ac eruditione tantopere illustrat, aliud ex Tabulario ejusdem Communitatis licet recens commodatum accepi, ex quo haec emendare, vel supplere datum fuit.

Col. 228. lin. 4. Marengo l. Mascaro. lin. 7. post verbum Ferrario supple Jacobo de Acolto, Ottone Mascaro, Gulielmo Pago (Paso) Robba (Raba) Henrico Columbo, Gulielmo Tasso, Uberto Culardo, Anselmo Culardo, Marco de Grasso, Octavio Botterio (Lotherio), & Bonifacio de Baudizono, Goslino Galuberio, Gotifio Laciberti, Romano Cesario, Alberto de Placentia, Uberto Lazaro, Henrico Constantio, Ugono Turniello (Farniello) lin. 9. Rodulfo Maeano l. Roduto de Morano. lin. 10. post Malarotta adde Bergogno, Amelio Carreatio, Gulielmo Rubeo, Ruffino Andrea, Ughelino de Matelda, Gemino Capello, Asinario Dametta, Ruffino Carotio, Arnaldo Fatto, Oberto Fasso, Johanne Mastagio, Petricino Laterio, de Constitutis Uberto Naso, Uberto de Prato de Vineis, Merissate Bonvicino Laterio de Contiva, Odonozola, Menapace, Racherio Merello (Verzello), Jacobo Baptista Castro (Carmo) Ruberto (Rubeo) de Guidono, Rolante, Enrico de Lezaris (Basini) Uberto